



Universitätsbibliothek Paderborn

Codex traditionvm Corbeiensivm

Falcke, Johann Friedrich

Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752

§. 361. De traditis bonis in locis Aldantorpe, Sekbiki, Berga, Hemenhus,
Sullishus, Battanhus, Halkersun, Haberehtshusen et Hildewertesun in
pagis Suilbergi, Hrittiga, Flehtunum marca, et Hlisgo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36114

§. 361.

Tradidit dendi pro se unam familiam in *aldantorpe* (a) et berta pro
se et coniuge suo ualdered et filia sua gisla in *sekibili* (b) in *flebtunum*
(c) in *berga* (d) in *hemenbus* (e) in *altontorpe* in *fullibus* in
battan-

et gubernante
Corbeiam
Godefalcio.
battan-

in eo Walbeccenses domini eorumque agnati bona quædam hereditaria tenuerint, de quibus alio tempore pluribus exponam, neminem inficiari posse censemus, comites Schaumburgicos a Walbeccensibus manasse.

- (a) Villam *Aldantborpe* Saracho abbas in *Registro Bonorum et Proutentium Abbatis De villa Corbeiensis* appellat *Altontorpe*, et indicat eum in pago *Suilbergi* exstuisse. Cum *Aldan-*
itaque pagus *Suilbergi* in comitatu Dasselensi ac Grubenhagico ducatu fuerit *thorpe* in pago
situs, capropter arbitramur, villam *Aldanthorpe* esse Oendorp vicum, olim *Suilbergi*
haud procul al oppido Einbeck in eodem Principato Grubenhagico conspicuum.
- (b) *Sekbiki* villam idem Saracho nominat *Sebict*, et pago tribuit *Hrittiga*. Cum ita-*De villa*
que pagus *Hrittiga* seu *Rittiga* olim exstiterit circa urbem Northeim in princi-*Sekbiki*
patu Gottingensi et Grubenhagico, villam *Sekbiki* vicum Sebexen, in praefectura *in pago*
Westhof, esse putamus, locum Principatus Calenbergici.
- (c) *Flebtunum* fuisse *marcam*, discimus e præstantissimo nostro Registro. Cum igitur *De marca*
nullum diploma, haec tenus in lucem emissum, illius marœ mentionem iniciat, *Flebtu-*
intermittere non possumus, quin mentem nostram de eadem marca aperiamus.
nun.
- Marcum seu marcam indicem esse termini scilicet aliquicis siue maiori-
siue minoris, iam sèpè monuimus. Potro marci aliquando nomina impos-
ita sunt, a pagis petita, uti *Suilbergi marcus*, *Tildessen marcus*, atque *Aringbo mar-*
cus ostendunt. Probabile ergo nobis videtur, *Flebtunum marcam* nomen accepisse
a *Fleithi* pago. Quodsi autem *Dendi* ac *Berta* in pagis contiguis *Hlito*, *Hrittiga*
et *Suilbergi* reliqua sua bona tradidere, verisimilimum inde reddi censemus,
inter *Billurbeka*, que ad pagum *Fleithi*, atque inter *Haberebtshusen*, nunc Wi-
brechthusen, nisi *Heerhusen*, que ad pagum *Hlito* refertur, olim exstuisse
Flebtunum marcam, in primis eo quod eadem in regione abbatis nostra quondam
bona quædam possedit. De his in *Clientela Corbeiensis* pluribus. Confer supra dicta
§. 127. not. (s)
- (d) *Berga* erat in pago *Hrittiga*, diligentissimo nostro abbate teste, eademque nullus *De villa*
alius vicus fuisse videtur, quam *Berke* ad fluuium, dictum *die Rubme*, supra
Northeium situs.
- (e) Villam *Hemenbus* spectasse ad pagum *Suilbergi*, docet nos abbas noster Saracho, *De villa*
et verisimilime intelligit designari villam *Emisen* in ducatu Grubenhagico in pre-*Hemen-*
fectura Rotenkichen, non procul a vico *Odasen*. In eodem pago *Suilbergi* præ-*hus in*
terea erant præsto, eodem docente abbatæ, villa *Sullibus* atque *Hildiwerthesun*. *pago*
Sullibus postea dicta est *Sulsen* seu *Selesen*, hodie desolata, olim reperta in eo-*Suilbergi*.
dem tracitu comitatus Dasselensis, in qua adhuc conspicitur turris dicta *der Sul-*
ser Thurn. *Hildiwerthesun* vero est *Hildiwerdesen* villa, quæ villa *Luthadesen*
proxima erat, vii testatur diploma Sigfridi archiepiscopi Moguntini, quod vide
in Addendis num. 372.

Situm vero villa *Luthadesen* indagare possumus e litteris sequentibus, quas *De villa*
ab amico nobiscum communicatas, e membrana adiungere voluē erit.

Luthadesen in
pago
Suilber-
gi.

Con nomine scæ et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente cle-
mentia rex. Quotiens ex sumptibus donis & honoribus diuinitus no-
bis collat⁹ commodum et honorem p̄stamus eccl̄is dei & sc̄is ab eo ho-
noratis scimus & indubitanter credimus longam & stabilem p̄sentium
bonorum tranquillitatem benigno studio & deuoto animo assequi nos
& comparare & mansura atq; eterna labentibus & deficientibus huius
seculi


Aaaa 3

PAH

Ab anno
890 usque
900 re-
gnante
Arnolfo

seculi rebus congregare & thesaurizare. Proinde omnibus Xpi nřisq; fidelibus tam futuris quam pſentibus notum esse uolumus qualiter ro-
gatu & admonitione dilectissime genitricis nře Agnetis imperatricis au-
gustę nec non continuo ac fideli seruitio Hesilonis Hildeneshemensi
epi excitati ad promerenda beatissime genitricis dei & perpetue uirgi-
nis marię beata suffragia corde & animo exurgentes tum confusis &
fauore Egilberti Mindenſis ep̄i & dilectę sororis nře Adelheidis Gander-
heimensi abbatissę nec non & Immiconis Padelbrunnenſis ep̄i & Sar-
achonis Corbeiensi abbatis consentiente & consauente Ottone Bauuario-
rum duce ceterisq; omnibus quorum p̄dia & possessiones sitū erant in-
tra eos terminos quos scribi iubemus quoddam forestum & bannum
eidem ecclie Hildeneshemensi & p̄dicto ep̄o suisq; successoribus in re-
liquum habendum & perpetualiter habendum concessimus & nřa regali
potestate condonauimus inter istos terminos situm a ponte fluvii
Loine qui porrigitur per medium amnum ad villam *Laide* per viam re-
ctam que tendit *Choppenbrukke* de *Choppenbrukke* uia recta usq;. *Batſingebusen*
de *Batſingebusen* uia recta usque *Ascherebusen* de *Ascherebusen*
uia recta ad *Goltbechi* de *Goltbechi* uia recta ad *Pretenſteina* de
Pretenſteina uia recta ad *Makkenbusen* de *Makkenbusen* uia recta ad
Luitardesffen de *Luitardesffen* uia recta ad *Wineſhusen* de *Wineſhusen*
(nunc Wenzen) uia recta ad pontem *Grene* rursum de ponte illo et
medio alueo eundem fluvium *Loinan* deorsum usq;. ad pontem
Laide. Jubentes igitur statuimus & statuentes iubemus ut infra pſcriptos
terminos nulla nři regni maior minorue persona uenandi ius &
potestatem sibi uendicare abſq;. consensu & licentia p̄dicti ep̄i & suc-
cessorum eius siue eorumq; prouifores eiudem foreſti ab eis constituti
fuerint pſummat. Quod si aliquis huius p̄cepti nři temerarius tran-
gressor exſtiterit uelut regalis contemptor decreti iusti ſententię iudi-
cii ſubiacebit & debita pro corrupto banno nřo pecunia ſcilicet ſexaginta
solidos de ſingulis feris perfoluat. Et ut hec nře regalis ſuc-
cessionis donationis & confirmationis auctoritas per tempora ſuccellura ſta-
bilis & inconuulta permaneat. hanc paginam nře uoluntatis & facti in-
dicem inde conſcribi & ſigilli nři imprefione iuſſimus inſigniri.

Signum domni

Heinrici quar-
ti regis

Frithericus cancellarius uice Sigefridi archicancellarii recognoui.

Data VII. id. martii anno dñiē incarnationis M LXII. indit. XIII.
anno autem ordinationis domini Heinrici III regis VIII regni uero
VI uitę XII. actum Goslare in dei nomine feliciter amen.

Ex his litteris appetat, villam *Luitardesffen* reperiri inter vicum *Mackensen* in
comitatu Dasselensi et intra praefecturam Hundesrück ſitum, atque inter vicos
Wendsen et *Grene* in Principatu Wolferbuttelano. Hoc in tractu viſitū villa
Luthorſt seu *Luthafen*, cui itaque contermina fuit villa *Hildivertefun*. Cum autem
ſupra §. 211. not. (E) dixerimus, nobiles dominos de Homborg dynaſtiam Lu-
thardesianam ab ecclie Corbeiensi tenuiffe ex feudo, operæ pretium erit, ma-
ioris

battanbus (f) in hälkerfun (g) in haberehtshusen et in hildeuertefun in
hif locis tradidit houaf XXXX mancipia LVIII et in uillis loca XXXI.

er gubernante
Corbeiam
§. 362. Gode-
scalce.

ioris illustrationis ergo sequentes e membrana adiungere tabulas, quibus in Clu-
entela Corbeiensi plures alias addere volumus:

In nomine sancte et indiuidue trinitatis Nos *Bodo in Homburg dominius*. recognoscimus. quod *conradus dictus de Luthardeßen curiam quandam sitam in eadem villa. et quorū māfios fitos in villa Dedenhusen. cum proprietate et omnibus bonorum eorundem pertinentiis. in villis et extra villas. in areis. ortis. pratis cum confessu pariter et assensu uxoris sue elisabeth vendidit dñō abbati et conuentui ecclie in Amelungeſorne. pro sexaginta marcis examinati argenti. proprie quiete et libere perpetuo possidenda. que bona idem Conradus. ut tenebatur. coram gograuio illius dominii constituto in iudicio suo. et coram omnibus eidem gograuio astantibus resignauit libere. cum proprietate et omni iure. ad manus seu potestatem ecclie plibate. verum et iustum warandum se promittens bonorum eorundem. sed et ipse gograuius. recepto ab ecclie iure suo pecuniario. ipsis bonis ibidem pacem indixit. secundum morem et iuris consuetudinem. In cuius venditionis et resignationis testimonium dedimus prefens scriptum. testes sunt Lippoldus hoie. Conradus de Amelungeſjen. heinemannus. et Conradus frater dī-
Eti dapiferi. henricus de Wenhusen. hermannus de Dafle. henricus Trube. Fredericus de Wameſforp. milites. item Arnoldus de bauerswörde. Ernestus de Embere. Bruno de Rodenberge. Conradus de Piscina. famuli et alii quam plures. Datum et actum in opido nrō Alden-
dorpē anno ab incarnatione dñica M. CC. LXXX. V. VI. id
iunii.*

(f) *Battanbur et Haberehtshusen* villa tribuuntur a Sarachone abbatे pago *Hlisgo*. De villis quem in regione vrbis Osterode fuisse repertum, iam supra diximus. Probabilissimum ergo nobis videtur, designari vicum *Badenhusen*, vulgo *Bahnhusen*, inter Gittelde atque Osterode, atque vicum *Heerhusen* via iter dimidiæ hora ab oppido *Sesen* situm, in quo domini de Koch bona sua possident. Locus uterque sicut in subest Wolferbuttelani Principatus prefecturæ Stauffenburgi & Seleni. Si ergo *pago Hlisgo*. certum esset, castrum *Stauffenburg* iam tempore Saxonicorum caſarum extinſe, etiam illud verisimilime ad eundem pagum *Hlisgo* spectasset, nisi malles id ad Harzicos montes referre, qui olim Saxoniam et Thuringiam diuidebant. Viderur caſtrum *Stauffenburg* Sæculo XII. exſtruētum.

(g) *Hälkerfun* villam in pago fuisse *Hrittiga*, docet nos abbas Saracho in suo Registro De villa B. et P. A. Corb. An vero eadem villa sit vicus *Hillerſen* in dynastia Hardenberg, id in medio relinquimus. Viderur subefſe Ahlshusen, vicus prefectura Stauffenburg in Principatu Wolferbuttelano, Northemium inter et Gandersheimum æquali interuallo situs. Igitur si situm omnium horum locorum, atque in illis largissime tradita bona nobis ante oculos ponimus, eam in cogitationem deduci debemus, ut arbitremur, *Bertam ac Dendi* seu *Dedonem* fuisse homines et locupletissimos et nobilissimos, et probabilissime referendos inter progenitores vel *Katelenburgicorum* vel *Schartfeldenſium* comitum. Illi comitatum suum habuere circa caſtrum *Katlenburg*, ad flumen diectum die Rume, tribus milliaribus et quod excurrit discretum ab urbe Einbeca. *Schartfeldenses* autem seu *Scartfeldenses*, a quibus et comites de *Lutterberg* descendunt, tenuerunt comitatum suum circa *Scartfeld* et *Lutterberg*, notissima caſtra in montibus Harrvicis, haud procul ab oppido Osterode. *Scartfelde* caſtrum iam extitisse circa annum 1131, docent nos litteræ caſaris Lotharii, quas obliteratio aeternæ eripuisse virum quendam celeberrimum prohibet eruditissimus Dn. I. L. L. Gebhardi in *Aquilon. Marchion.* p. 68. quas

PH